



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

13 Privilegium Principis semper est intelligendum citra praejudicium tertij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tonis haud servari possit, non ligat clericos, quia illius difficultas impossibilitati æquiparatur, cap. brevi. de jure jur. & Felin. Rosint ex supra deducit. \dagger Principum enim decreta, ubi canonibus contradicunt, non sunt servanda. cap. i. de nov. op. nunc. Abb. in c. in præsentia. num. 28. vers. hoc etiam expresse. de prob. & Alex. in l. etiam filios. num. 4. in fin. ff. soluto matr.

Et, eum juramentum prædictum non concernat bona temporalia tantum, sed comprehendat etiam personas, ideo à clericis in foro seculari servari non debet. Abb. in d. c. quod clericu. num. 11. in fine, & numer. 23. de for. comp. & in cap. postulati. num. 15. eod. tit. cum personam subiçere non possint laicis sibi inferioribus contra naturalem rationem, quod inferiores judicent superiores, cap. inferior. 21. distin. cap. cum inferior. & ibi Abb. in princ. & num. 1. 12. de major. & obed. Præterea non solum juramentum litis decisum sub dicta forma clericus coram judge laico præstare minimè tenetur, sed nec aliud quocunque juramentum de calunnia præstare debet, sine licentia sui Episcopi, aut alterius ecclesiastici legitimè superioris. Bar. in l. cum cum clericu. C. de Episc. & cleric. Innocent. in cap. 1. nu. 1. & 2. de jur. calum. & ibi Abb. num. 17. Bald. in l. quoniam liberi, num. 4. C. eod tit. & Spec. de test. num. 36. lib. 1.

Nec superior licentiam jurandi tribueri potest, nisi secundum juris dispositio-
nem, quæ non admittit, quod coram lai-
co clericus testimonium dicere debeat,
& tunc in minibus Episcopi, vel Vicarij,
aut alterius personæ ecclesiastice ab Epis-
copo delegata præstari debet, c. quam-
quam, ubi etiam gloss. penult. & fin. & ar-
chidac. 14. quæst. 2. ultra quod colligitur,
Principis intentionem non fuisse ligare
clericos, cum jurantes teneantur face-
re fisco seculari donationem in eventum
perjurij de quadam pecuniarum summa,
pro qua execuicio realis, & personalis

absque processu fieri possit, cum clerici personam foro laicali subiçere non posse equiparatur, cap. brevi. de jure jur. & Felin. Rosint ex supra deducit. \dagger Principum enim decreta, ubi canonibus contradicunt, non sunt servanda. cap. i. de nov. op. nunc. Abb. in c. in præsentia. num. 28. vers. hoc etiam expresse. de prob. & Alex. in l. etiam filios. num. 4. in fin. ff. soluto matr.

Nam semper Principum decreta \dagger de-
bent intelligi, salvo jure, & citra injuri-
am, & præjudicium tertij, l. 2. §. si quis
quod, & §. si quis a principe ff. ne quid in loc.
publ. Jas. in l. fin. num. 19. & 20 ff. de confi.
princ. & Orlsc. decif. 90. num. 11.

Præmissa sic corroborantur privilegio,
quod habent clerici, ne cogi possint sa-
tisfacere creditoribus, nisi deductio ne-
cegant. gloss. in cap. studeant in ver. ut tale.
50. dist. & Abb. in cap. veniens. num. 4. de
transact. gloss. & Bart. in l. miles. num. 3.
& Jas. n. 12. ff. de re jud. reprobata opinione
Pauli de Castro, & Mathefi. contrarium
tenentium, hancque esse communem o-
pinionem testatur Covarr. in lib. 2. vari.
resolut. cap. 1. num. 49. post princ. quia, licet
debitor creditori satisfacere non valens,
ut à carcerebus liberetur, bonis cedere
possit, l. 1. & ibi Paul. de Castro. nu. 1. & 2.
15 C. qui bon. cedere poss. tamen clericus \dagger bo-
nis cedere non tenetur, nec pro ære alie-
no potest carcerari, sed cautionem idoneam de satisfaciendo creditori, si ad
pinguiorem devenire fortunam, præsta-
re tenetur. cap. Odoardus, & ibi Abb. nu. 8.
de solu. & in defectum cautionis, quod il-
lam præstare non possit, cautio juratoria
illi est admittenda, cap. per vir. sras. §. idem
ergo & ibi gl. in ver. quam potest de don. in-
ter vir. & uxor. & gl. in d. cap. Odoardus. in
ver. idonea. Et hæc conclusio regulariter
proce-

procedit de jure communi ubique locorum, quod clerici conveniri non queant ultra id, quod facere possunt, deducit necessariis alimentis, ne in opprobrium status ecclesiastici cogantur mendicare, d.g. in cap. studeant.l.miles, ubi gl. in ver. facere, & ibi Bar.nu.3. & Ripa, qui de communi testatur, num 7. ff. de re judic. Covar. in eod cap. 1. lib. 2. var. resolut. num. 9. c. dia-
conis sunt, vers. mendicat infelix. 93. distinct. Conc. Trident. cap. 2. de reform. ff. 21. & Farinac. in praxi crim. de carcer. & carcer-
rat. quest. 27. num. 56. & seqq.

Addo, dictam coaclusionem procedere, etiam quod agatur vigore instrumenti jurati, & quod fuerint latet tres sententiae conformes contra clericum, dummodo sit in sacris, vel beneficiatus, aut alias gaudet privilegio clericali, incedendo in habitu, & tonsura, & inseviendo alicui ecclesiaz, juxta dispositionem sacr. Concilij Trid. cap. 16. de reformat. ff. 23, quia adversus executionem sententiarum poterit obiecere, se inopem esse, nec ob id posse excommunicari, aut carcerari, praesita juratoria cautione de solvendo, cum ad pinguorem devenerit fortunam, juxta dispositionem. cap. Odoardus, de solut. ex traditis per Covart. eod. lib. 2. var. resol. cap. 1. nu. 9. vers. quies vero.

14. Caveant tamen clerici † de se obligando in Romana curia in forma Cameræ Apostolicæ, quia contra obligationem Cameralem duæ tantum exceptiones in continenti probandæ opponi possunt, nempe falsitatis, & solutionis, aut pacti de non petendo, vel quietationis, quæ ex quipollent solutioni, ut Bar. in l. 1. §. & parvi resert. ff. quod vi, aut clam. Castad. decisio, num. 5. de rescript. decis. unic. nu. 2.

demut. petit. & Gales. ad 4. partic. vel claus. de oblig. cam qu. 1. num. 2. & illius obligationis vigore renunciatur. cap. Odoardus. omnibusque legibus, & legum auxilijs quibus uti, aut iuvandi possent, legibus enim in sui favorem introductis quilibet renunciare potest l. si. quis in conscribendo. C. de pact. & gloss. 1. in cap. si diligent. ver. super hac de for. comp. ita quod clerici, & laici tunc pari modo condemnatur, excommunicantur, carcerantur, & in carcerebus detinentur, ut nec pro excarcerationibus obtinenda ad bonorum celsionem admittantur, nisi ex Pontificis gratia speciali, quæ per signaturam gratia expeditur, cum clausula, constito summarie de paupertate, prout de jure, ut post Staphil. de lit. gratia, & iust. Covarr. lib 2. variar. resolut. cap. 1. nu. 9. vers. quies vero. Quæ conclusio, quod legibus in sui favorem introductis quilibet renunciare possit, fallit tamen in privilegio fori, cui clericus eo gaudens non potest renunciare, c. si diligent. ubi doct. omnes. de for. compet. Caravit. sub. rit. Mag. Cur. 228 n. 2. Affl. super const. Reg. rubr. 45. nu. 21. lib. 1. Covar. pract. quest. cap. 33. num. 2. Roland. conf. 4. num. 9. vol. 1. Alex. de kau. const. 56. nu. 1. Bald. in lib. 1. in fin. C. de jud. sinc. de jud. caus civi. crim. lib. 1. cap. 11. nu. 35. & 36. & Decian. tract. crim. l. 4. c. 9. n. 61. tom 1.

† Et generaliter Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiacoi, & monachi ipso jure gaudent privilegio immunitatis, & ab omni onere tutelæ, sive testamentariaz, sive legitimæ, sive dativæ, & curæ non solum pupillorum, & adulorum, sed etiam furiosorum, mutorum, & surdorum, & aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores à legibus dantur c. generaliter. 16. qu. 1. &

N 2 Abb.

